



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Venerabilis Arnesti, (vulgò Ernesti) Primi  
Archiepiscopi Pragensis**

**Balbín, Bohuslav**

**Pragæ, 1664**

Notæ in Caput IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42763**

Circumferuntur de hac Carolina Universitate veteres, sed aurei  
& delicati versiculi:

Huc Reges quoq<sub>z</sub> sape commebant  
Doctorum sapientiā fruentes,  
Hymnos inter & hos choros sonantes,  
Cum tyronibus aureis in armis,  
Ætas aurea Principum bonorum,  
Hac exempla dabant sequenda plebi.

Non est instituti mei Universitatis hujus gloriā & consiliū utilita-  
tem commendare. Lacrymæ potius oborintur, quod, unde Re- A. 1616.  
gno salus ab Arnesto quærebatur, inde hæresis primū, deinde A. 1617.  
Pátrum menoriā, fœda adversus Principem, eo ipso in loco ista, A. 1618.  
ab Ordinibus Regni hæreticis, fœdera emerserunt. Slavata in M.  
Schistoria fuer.  
tempor.

## Notæ in Caput IX.

**A** Summo Pontifice Bullam de coronan-  
dis Bohemiæ Regibus obtinuisse, &c.

Bulla hac non jam primū data, sed annis ab hinc sex à Be-  
nedicto XII. quam recitat Raynaldus. Ibidem literas Apostolicas  
inuenies, quibus ab Imperio Archiepiscopi Moguntini Episcopus  
Pragensis absolvitur, vetatq<sub>z</sub> eidem parere. Date sunt Avenione  
Anno VII. Pontificatus Benedicti. Itaque si error in numero non  
est, non ad Arnestum has literas, sed ad Joannem ejus antecessorem  
missas oportuit, siquidem Benedicti Annus VII. erat Annus Domini  
1340. quo tempore Arnestus adhuc Decanus, non Episcopus fuit, sed  
& alij errores duo in Raynaldi Annales irrepseré: in primis quo  
A. 1340. de Coronatione futura Caroli narranda fuerunt. Anno se-  
quenti leguntur; deinde Archiepiscopum Pragensem nominat, cōq<sub>z</sub>. Idem A. 1340.  
titulo literas inscriptas recitat, cū idem ipse post quatuor annos pri-  
mū (scilicet A. 1344.) scribat, Archiepiscopatum Pragensem  
erectum fuisse.

T

Ab

**Ab Arnesti Colloquio.** *Vniverstatem Pragensem ab*

Arnestus  
nullam in V-  
niversitate  
Carolina  
fundationem  
fecit.

Arnesti colloquio ortum traxisse facile assentior, at quod de suo addit Hagecius: grandem quoque pecuniae numerum Arnestum col legisse, Regique obtulisse, id quidem nulla ratione dictum puto. Ego certe (quod sine arrogantia dictum sit) scripturas omnes veteres Universitatis Carolinæ, quæ ad statem nostram pervenerunt, Fundationes, omnes Originales, ut vocant, incorruptas, sigillis pendentibus, Collegiorum singulorum Institutiones, Regesta, Rationes, Legata, singularum item Facultatum libros, &c. non semel pervolvi, neq; indiligerenter, quæ ex usu forent, annotavi (¶ dum hac scribo, sunt omnia ad manum) neq; tamen vel tenue vestigium Fundationis alicujus, quæ Arnestus Vniverstatem sit prosecutus, inveni. Habeo omnium Collegiorū fundationes & Fundatores, & in numerato accepta omnia, de Arnesto nè verbum quidem. Si quid contulit Arnestus, id verò tam tenue fuisse oportuit, ut diligentissimi homines Majores nostri (qui librum unum alterumve donatum, aureos quatuor vel quinque Facultati, Nationi ve alicui ab origine prima Vniverstatis legatos, aut ex solitos annotarunt) id dignum non esse, quod memoria commendaretur, putaverint. Mihi itaque verisimile non fit: Arnestum ad Universitatis Carolinæ foundationem pecunias innumerabiles (quas somnis Hagecius) contulisse, cum suum id opus esse voluerit gloriofissimus Imperator Carolus, sēq; unum in omnibus literis Fundatorē appellat, quod etiam Pontifices Clemens VI. Innocentius VII. agnoverunt.

**Clemens litteras Apostolicas dedit.** *Earum*

*litterarum exemplar agente Fridmanno de Praga Canonico Capella Regie omnium Sanctorum in castro Pragensi, ac Rectori Vniversitatis studij Pragensis, recognitas, & cum autographo diligenter, & publicā Notarij jurati fide comparatas; atq; ut nunc loquimur, vidi*

*Reyn. in An-*  
*nal. Eccles. To-*  
*mo XVI. Anno*  
*1347. N. 11. ex*  
*Epistola Clem.*  
*L. 2. Epist. com.*  
*1348.*

*matas Anno 1376. 8. Ianuarij, in pervetus Codice Collegij nostri*  
*Crumlovensis inveni. Resulit eandem Bullam, sed mutilam in-*  
*Annalibus suis Raynaldus, quadam digniora adferre opera*  
*precium existimavi.*

Cle-

